



Vita Et Doctrina Christi Domini

More, Henry

Antverpiae, 1649

XXX. Septuaginta reuersi instruuntur. Luc. 10. 17.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56545)

3. Et in quamcunque ciuitatem intraueritis, & susceperint vos, manducate quae apponuntur vobis, & curate infirmos qui in illa sunt, & dicite illis, appropinquauit in vos regnum Dei: In quamcunque autem ciuitatem intraueritis & non susceperint vos, exeuntes in plateas eorum dicite, etiam puluerem qui adhaesit nobis de ciuitate vestra extergimus in vos: tamen hoc scitote quia appropinquauit regnum Dei. Dico vobis quia Sodomis in illa die remissius erit quàm illi ciuitati." Certissima ergo ratio Saluianus
 est quâ & nos qui in plurimis Euange- l. 4. de pro-
 lia negligimus pœnas aliquando time- uidentia.
 re debeamus.)

XXX.

Septuaginta reuersi instruuntur.

Luc. 10. 17.

1. **R**euersi sunt autem septuaginta duo Incommuni
 cum gaudio dicentes, Domine, etiam plurimorum
 demonia subiiciuntur nobis in nomine tuo: *Martyrum.*
 & ait illis, Videbam Satanam sicut fulgur
 de caelo cadentem. Hieron. "Si altissima Hieron. 2.
 illa sublimitas cecidit, quis cadere non cont. Iovin.
 possit?"

498 DOCTRINA ET MIRACULA

possit? Si in Cælo ruinæ, quantò magis in terra?) q d. ad hoc aduertite animum, ne superbiâ elati corruatis.

2. ¹ Ecce dedi ² vobis potestatem calcandi ³ supra serpentes & scorpiones, & supra ⁴ omnem virtutem inimici, & nihil ⁵ vobis nocebit, verumtamen in hoc ⁶ nolite gaudere quia spiritus vobis subijciuntur; ⁷ Gaudete autem quòd nomina vestra scripta sunt in Cælis. Gregorius, " Discamus igitur abundare, & cuncta quæ ab eo accepimus cum indigentibus partiamur, vt mentem abundantia non eleuet; ne fortasse gaudeat quod hoc adest quod deest alteri, & non tam communi bono, sed proprio lætetur: Quisquis enim in eo gaudet quod alter non habet, ex ipsa sua abundantia deterior factus gaudium priuarum habet.)

Greg. ho.
19. in Ezech.

Dom. 12 post
Pentecost.

Bern. ser. 6.
de Asc. Do.

3. Et conuersus ad Discipulos suos dixit, ¹ Beati oculi qui vident quæ vos videtis; dico enim vobis, quod ² multi propheta & reges voluerunt videre quæ vos videtis & non viderunt, & audire quæ auditis & non audierunt. Bernardus, " Beati oculi qui videbant Dominum Maiestatis in carne præsentem, auctorem vniuersitatis

tò magis
animum,

n calcan-

Et supra

hil vobis

ite gaude-

ur; Gau-

ripta sunt

us igitur

accepimur,

ut ne for-

quod de-

ni bono,

enim in

ex ipsa

audium

os dixit,

videtur;

hete Et

detis Et

anti Et

ti oculi

tatis in

ei sita-

ris

CHRISTI DOMINI. Pars 2. 499

ris inter homines conuersantem, virtu-
ribus coruscantem, infirmos curantem,
dæmoniis imperantem, & potestatem
similem hominibus conferentem, mi-
rem & humilem corde, benignum, affa-
bilem, Agnum Dei peccatum non ha-
bentem & omnium peccata portan-
tem, &c.)

XXXI.

*Parabola vulnerati descenditis in
Iericho. Luc. 10. 25.*

*Dom. 12. post
Pentecost.*

1. **E** Tecce quidam legisperitus¹ surrexit
tentans eum, & dicens Magister,
quid faciendo vitam æternam posside-
bo? At ille dixit ad eum, In lege quid scri-
ptum est? quomodo legis? Ille respondens di-
xit, Diliges² Dominum³ Deum tuum¹⁰ ex
toto¹¹ corde tuo, & ex tota¹² anima tua,
& ex omnibus¹³ viribus tuis, & ex omni
¹⁴ mente tua; & proximum tuum¹⁵ sicut
teipsum. Dixit¹⁶ illi, Rectè respondisti,
hoc fac & viues.

2. Ille autem volens iustificare¹ seipsum
dixit ad IESUM, Et quis est meus² proxi-
mus?